



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

7. Decretum electionis Hedenulfi Episcopi Laudunensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

ut eum quem meliorem & doctiorem & bonis moribus ornatorem in ista congre-gatione conversari noveritis, nobis eum celare non dedignemini. Non enim parva res est quam superius diximus. Eam ani-mis infigit vestris, ut diutius ventilata ad puritatem hujus rei & ad unanimitatem corda vestra convertat. Numquid tam obduri animo etsi ut nostra monita surda aure pertranscant? aut lapideum cor & ex silice nati corum nostra non emolliat oratio? Quis infeliciū de tali non terreatur supplicio? Quis miserorum qui talibus dictis non vereatur? Audiant hi & timeant, qui fautores fieri volunt iniquorum, Psal-mistam dicentem: *Si videbas furem, currebas cum eo, & cum adulterio portionem tuam ponebas.* Et etiam nihilo minus delinquent qui pravis actibus consentiunt quām qui perversa agunt. Non eos solummodo esse Apostolus testatur qui mala faciunt, sed qui consentiunt facientibus. Timemus ergo vestram offendere dilectionem quōd tam duriter loquimur. Sed confidimus in Deo quia idcirco nobis indignari non vul-tis quia perversa confilii vel acta testamur. Sed quicunque irasci mavult, suam magis indicare conscientiam poterit quām no-stram depravare sententiam. Ideoque prius vitium accusamus quām oriatur, ut penitus deleatur; & ne nocivum vel pesti-ferum genus ambitionis detrimentum in vobis creat, aut quōd illa ambiguitas ser-monum vel diversitas voluntatum à vero rectitudinis tramite vosmet deviare posset.

Decretum deri & plebis Ecclesie Landau-nensis de electione Hedenulfi Episcopi ad Hincmarum Metropolitanum & Episco-pi provinciae, ut illum ordinent.

VII. Domino reverentissimo & san-tissimo Hincmaro Archiepiscopo ceteris que vestra dioecesis sanctis patribus & Episcopis, clerus Laudunensis, cum totius parochiæ plebibus & sibi conjunctis Praefulibus, æternam in Domino Iesu Christo salutem & pacem. Canonicis regulis & apostolicis institutionibus statutum esse re-colimus ut quotiens qualibet civitas mi-nisterio pontificali dignitatis caruerit, propriōque pastore vacaverit, cum decre-to electionis, singulorum pertinentium ma-nibus roborato, metropolitanum adire Pontificem debeant, & de substituendo in loco ejus qui decepit pastore petitione supplici commonere, quatenus & civitas sollicitudine pastorali destituta proprio re-cuperetur Pontifice, & qui ordinandus est

gratiosius possit accedere: quia cui debet Leo I. ep. ab omnibus obediri, utique debet & alij ^{89. c. 3.} omnibus eligi, ne civitas non optatum E- Idem epif. pscopum aut contemnat aut oderit, & ^{84. c. 5.} fiat minus religiosa quam convenient cui non licuit habere quem voluit; hi verò qui ordi-natur sunt, in quem viderint omnium vota propensiū concordare, promptius liberiūque illi manus imponere posint. Quapropter cum decreto nostrae electio-nis manibus singulorum nostrorum robo-rato ad paternitatem vestram accedentes, Hedenulsum Ecclesie nostrae filium, & in Ecclesia nostra suffragantibus stipendi-orum meritis ad onus uicue sacerdotiale promotum, vita & moribus & sancta con-versatione idoneum approbatum, quem per licentiam vestram, favente Christia-nissimo Imperatore Karolo pari consensu ac concordi devotione atque unanimi vo-luntate eligimus, per manus vestras ac ce-terorum vestrae dioecesos sanctorum Epis-coporum conferam nobisque & Ecclesie nostrae doctorem atque Pontificem institui imploramus, precamur, ac petimus. Ele-gimus autem eum nobis fore pastorem quem apostolica formæ, qua Episcopum ornatum beatus Paulus esse oportere de-monstrat, congruere & sacrī non obviare canonibus Christi gratia cooperante confidimus. Oramus sanctam paternitatem vestram nunc & semper in Christo bene placere. Actum V. Kalendas Aprilis in basilica sancte Marie genitricis Dei & Domini nostri Iesu Christi anno incarnationis ejusdem Domini nostri Iesu Christi D C C C L X X VI. regni Domini Karoli Imperatoris X X V I. & imperij primo, In-dictione nona.

Altud decretum cleri Parisiensis de electione Aeneae Episcopi, quem Karolus Rex insuauerat, ad Metropolitanum Seno-nensem ejusque provinciales Episcopos.

VIII. Religiosissimi patribus & fra-tribus, Gueniloni metropolitano senoni-ca sedis antistiti, & univerlo clero ejus, & ceterarum Ecclesiarum Praefulibus qua in dioecesi memorata sedis enlentur, cun-clisque in eis Deo famulantibus, clerus matris Ecclesie Parisiorum, & fratres cenobij sancti Dionyfij & sancti Germani & beatae Genovefæ ac Fossatensis di-verlorūque monasteriorum unanimitas, presentem & futuram salutem. Venerabilem pastorem nostrum Ercanradum nu-perdecessisse cum longè latèque divulga-tum sit, tum sanctitatem vestram latere